XXI 245 238

Rx 2. nou. 66.

Nobilissimo
et amplissimo Viro D. Constantino
Hugenio D. de Zulichem &c. in
Foederati Belgij Republica Viro
Perillustri ac Poetæ celeberrimo
Famigeratissimo.

Thomas Perditus de Jubligny.

~~243~~ 188 237

Magnifice Domine,

Perlegi scriptum de organo. Vellem et relegisse et judicium
dixisse, nisi me valetudo curaque[?] tempestate arceret
à plateis. Dignum est istud thema consideratione docto-
rum et synodos quoque nostras aliquoties habuit occupatas.
Tractatio methodum habet elegantem, quosdam abusus
recte perstringens, quosdam usus recte exigens et ar-
gumentis solidis singula suadens. Qua parte theologi-
am et doctrinam de rebus adiaphoris proprius concernit
videbatur impetere quaedam reformationis essentialia.
Exciderunt quaedam notae inter legendum natae,
sed carent decore et decoro calami et styli. ~~Addo~~
tamen ut tester me legisse. Venia supplebit defectum.
~~Addo~~ duo manuscripta olim, cum Leidae studerem, com-
posita, quorum alterum de ceremonijs ecclesiasticis
argumenta suppeditat cum ecclesiasticum illum organi
usum, de quo in fine scripti agitur, improbem, alterum
de philosophiae vera dispositione rationes reddit cum
aliquid aliud ad finem istum obtinendum introductum
Repetitum cap. 5 n. 20, 21 etc. — cupiam. Rogo quam humanissime ut M. T.
utrumque manuscriptum dato otio percurrat et judici-
um suum mihi aperiat. Deum vero quam maxime
ut omnibus qui ad clavum Reip. sedent, infundat ta-
lem sollicitudinem circa ea quae ecclesiae aedifi-
cationi et scandalo sunt.

Hag. 20 Apr. 1640. M. T.

humill.

Casparus Streso.

4

Syp. MS 1. nr 217.

© British Library
Add MS 22953, f. 237
https://resources.huygens.knaw.nl/briefwisselingconstantijnhuygens/brief/nr/2344

Magnifico Domino
Domino de Zuilichem

BRITISH MUSEUM

© British Library
Add MS 22953, f. 237
https://resources.huygens.knaw.nl/briefwisselingconstantijnhuygens/brief/nr/2344